

**TABELLÆ DIARRHODONIS;**

℞. Pulveris Diarrhodonis Abbatis ℥iſſ. Syrupi roſar. ſaſſi  
ex aquæ roſatæ, & ſacchari partibus æqualibus, & ad  
conſiſtentiam iuitam tabellarum cocti ℔j. ſiant tabel-  
læ S. A. conveniunt cum pulvere Diarrhodonis.

**ROTULÆ LAC PROVOCANTES MYNSIGHT.**

℞. Cryſtalli montanę ꝑꝑ. ℥iſſ. corallij rub. ꝑj. Margaritar.  
ꝑꝑ. & piperis longi ana ꝑb. ol. ſem. ſeminali ꝑj. ſaccha-  
ri albiſſimi in aq. nucis moſchatæ diſſoluti ℥vij. ſiant  
tabellæ, ſeu Rotulæ S. A.

**V I R E S.**

**I**n provocacione laſſis ſecretum eſt ſtantur nutritibus ſi-  
gulis diebus, mane, meridie, & vespere. Doſis ad ℥iſſ.

**ROTULÆ PURGANTES PHARMACOPEÆ  
Bipartita.**

℞. Reſinæ ſcammonij ꝑj. cryſtalli tartari ℥iſſ. ſpecie-  
rum Diarragacanthi frigidi ꝑi. ſacchari in aq. roſar. diſ-  
ſol. ℔b. olei cinnamomi diſtillati ꝑt. iv. ſiant Rotulæ  
S. A.

**V I R E S.**

**B**ilem. ac pituitam aduſtam evacuant, pectus leniendo,  
ac ſanguis exoneranda, nec non pulmonum craſſitatem  
emolliendo. In doloribus arthriticis magnum, ac exper-  
tiſſimum eſt remedium. Doſis à ℥iſſ. ad ꝑij.

**MORSELLI RESTAVRATIVI.**

℞. Carnis pectoris Caponis, vel Gallinæ elixatæ, & tri-  
tæ, ac per cœdium tranſmiſſæ ℥iij. ſacchari diſſolu-  
ti

**V I R E S**

**C**OR, ac membra cætera reſtaurant, & hinc debilitatem  
expellunt, ac robur a grotantibus efferunt. Deſis N.  
ij. ſemper poſt horam dividiſam continuando.

N. Nondan us regulas generales, inter ſaccharum, &  
pulveres pro rebellis parandis, quia ſimplicia aliqua in-  
gratiora, ſeu fortiora ſunt, quibus maior quantitas  
ſacchari, quam gratis, ac mitioribus addenda eſt.

**CAPVT IV.***De Conſervis, ſeu Conditis.***CONDITVM PRVNORVM DAMASCENO-  
rum Solutivum.**

℞. Conditum prunorum ſaſſi S. A. ℔j. ſcammonij, &  
cryſtalli tartari ana ꝑij. ſennæ, & jalappę ana ꝑi. caſiæ  
lignæ ℥iſſ.

ſcammonium & cryſtallus tartari optimè ſimul in mor-  
tario marmoreo pulverentur, cæteraque pulverata  
ſubtiliter omnia miſceantur cum condito, vſuique  
conſerva reponatur. Doſis à ℥ij. ad ꝑj.

Côditum Ceraſorum Acriorum paratur eodem modo, ſu-  
mendo pro condito prunorum conditum Ceraſorum  
Acriorum.

*Conditum  
Ceraſorum  
Acriorum.*

**CONDITVM AD MORBVM GALICVM.**

℞. Smilacis Aſperæ ℔b. coquantur in ℔xij. aquæ ad  
oçto librarum conſumptionem cum colatura, & mel-  
lis ℔ij. ſiar ſyrupus, cui adde In pulverem ſmilacis  
aſperæ, ſennæ, & polypedij ana ℥iſſ. hermodactyl-  
lor. ꝑj. Ethiopis mineralis ℥b. miſceantur optimè ex-  
traignem. Doſis ad ꝑj. ſingulis diebus mane, ac no-  
cte totidem, ad conſumptionem conditi.

CON.

## CONDITVM ROSARVM RVBRARVM.

℞. Rosar. rubrar. non dum perfecte explicatarum, & exunguarum ℥iij. tere cum pistillo ligneo in mortario marmoreo, donec lavigentur: adde paulatim sacchari optimi ℥iij. tere denuo vt exacte miscantur, & reponē in vase idoneo, & in sola per meniem.

## V I R E S.

**C**ephalicum, & cardiacum est, caput, & reliqua viscera a roborat, ipsam aestum mitigat, & fluxiones sistit. Dosis ad ℥ij.

## CONDITVM ROSARVM PERSICARVM.

Paratur eodem modo, quo conditum Rosarum Rubrarum.

## V I R E S.

**V**aleat ad purgandam choleram, & clarificandum sanguinem. Dosis ab ℥i. ad ℥iij.

## CONDITVM VIOLARVM.

℞. Flor. violar. recentium a parte herbacea purgata ℥i. j. Sacchari albisimi ℥iij. fiat vt conserva Rosarum.

## V I R E S.

**B**ilis incendium mitigat, reliquorum humorum ardorem extinguit, sitim temperat, aluum subducit, fauces, & asperam arteriam lenit, & dilatat, & omnibus thoracis affectibus convenit. Dosis ad ℥ij.

CON

## CONDITVM FLORVM MALVARVM.

Paratur vt conserva Rosarum.

## V I R E S.

**V**aleat ad hepatis caliditatem refrigerandam, hinc gonorrhoeam adiuvat, urinae ardorem demulcet, aluum leniter lenit, tussis raucedinem prohibet, renes clementer refrigerat, incrassat, & expurgat. Dosis ad ℥ij.

## CONDITVM FLORVM TVNICÆ.

Paratur eodem modo.

## V I R E S.

**C**ephalalgiam, ac syncopem, & palpitationem cordis lenit. Commendatur in vertigine, apoplexia, epilepsia, aliisque capitis, & nervorum affectibus. Dosis ad ℥iij.

## CONDITVM ABSYNTHII.

℞. Florum, seu summitatum absynthij, ℥i. pistentur, addendo paulatim sacchari ℥iij. triturentur denuo, & insolata reponatur in vase vitreo.

## V I R E S.

**S**tomachum, & caput roborat, lambricos necat, & expellit, uteri suffocationem adiuvat, status dissipat, doloribus hypocondriacis medetur. Dosis ad ℥iij.

## CONDITVM RADICIS SCORZONERÆ.

℞. Radicum viperinae mundatar. q. v. coque in aqua ad molitiam, cola, & radices tere, ac per se

R

ta-

234 *Tyrocinium Pharmaceuticum, Lib. II.*  
raceum equinum transeola, & accipe huius paste lbj.  
sacchari in colatura dissolui, & syrupsati lbij. eos  
que ad perfectam consistentiam, & serua.

### V I R E S.

**S**uauiter cardiacis, ac melancholicis subuenit, commenda-  
tur in peste, epilepsia, vertigine, vteri suffocatione, &  
valet pro venenis disentiendis. Dosis ab ℥ss. ad ℥ij.

### CONDITVM PR VNORVM DAMASCENORVM

℞. Prunorum Damascenorum q. v. coque ad molliorem,  
extrahe pulsam per setaceum equinum, ex qua acci-  
pe lbj. cui misce sacchari in decoctione separata pru-  
norum dissoluti, & syrupsati lbij. coque ad consi-  
stentiam iustam lento igne, vsuique reponere.

### V I R E S.

**V**aleat agitudinibus cholericis, alterat enim mali-  
tiam earum, & soluit materiam, a qua fiunt. Dosis  
ab ℥ss. ad ℥ij.  
Eisdem rationibus parantur conservæ, seu condita ex  
omnibus floribus, folijs, seu herbis, fructibus, & ra-  
dicibus, Vide Lib. I. Cap. V.

### CAPVT V.

#### De Pilulis.

### PILVLÆ AGREGATIVÆ MESVES.

℞. Myrobalanorum citrinor. & Rhabarbari ana ℥ss.  
Myrobalanor. Chebulor. & Indorum, agarici, colo-  
cynthis, Polypodij, succor. inspissator. absynthij,  
& eupatorij ana ℥ij. scammonij electi cocti in  
pomo, turbiti, & aloes ana ℥vj. Mastiche, ro-  
sa.

*Theorico-Practicum, Cap. V.* 235  
farum, salis gemmæ, epithymi, alari, & Zingiberis  
ana ℥j. pulverentur, & fiat massa cum electuarij ro-  
sati ex Mesue, & syrupsati rosati ana q. s. ex qua for-  
mentur orbiculi, qui cautè exiccari in umbra, re-  
ponantur.

### V I R E S.

**P**olybretha catapostia dicuntur, quod ad multos affectus  
corpori prater naturam sint vitia, ac homines humo-  
res purgant: ad varios enim capitis, ventriculi, icterici,  
que affectus sunt efficaces, nam purgant ex eis, & sero-  
sis, pituitosis, & bilem utramque, quapropter ad diu-  
nas, & complicatas febres, ad vitia capitis, ventriculi,  
ac icterici plurimam faciunt. Dosis ad ℥ij.

### PILVLÆ ALEPHANGINÆ EIVSDEM.

℞. Cinnamomi, cubebæ, ligni aloes, calami aroma-  
tici, nucis moschatae, cardamomi, macis, caryophyl-  
lor. radicis alari, mastiche, schœnanthi, spicæ, &  
galangæ ana ℥j. absynthij sicci, & osarum ana ℥v. crasi-  
siufulcè contusa infundantur in aquæ lbij. coquan-  
tur lento igne, in duplici vase, ad duarum partium  
consumptionem, deinde exprimentur fortiter, & co-  
lentur. In colaturâ lbij. dissolve aloes succotrinæ mul-  
toties in vitreo vase cum aqua pluvia cloræ, & siccatae  
lbj. Agitentur continuè in sole, vel loco calido. Dein-  
de adde pulveris Myrrhæ, & Mastiche ana ℥v. croci  
℥ij. Residuum colari decocti ex aromatibus affundi-  
to, & exiccetur ad solem, seu in loco calido, admis-  
cendo subinde quod densatum est liquido, & linteo  
puro vas contegatur aduersus incidendam muscarum,  
& sordium iniurias, atque ita reponatur massa. Con-  
ficiantur hæ pilulæ mense Maio, Iunio, & Iulio.

### V I R E S.

**V**entriculorum, cerebrum, & sensoria omnia ab humoribus  
crassis, putribus, & pituitosis manifestant, ac inde na-  
Ra

tos dolores tollunt, stomachi robur augent, coctionem promouent, appetitum instaurant, cruditates abolent, ac nutritorias partes, pleraque, à noxiorum humorum, frigidiorum præsertim accumulatione tuentur. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

## PILVLÆ AGARICI EIVSDEM.

℞. Agarici ℥ij. radices iridis, Myrrhae, & summitatum martubij ana ℥j turbith ℥v. specierum Hyerae picrae ex Mesue ℥℔. saccocollae, & colocynthidis ana ℥ij. pulverentur, & formetur massa pilularis cum sapae q. s. vsuique exiccatae reponantur.

## V I R E S.

**T**horacem à pituita crassa, & putrida repurgant, ob id antiquè rufi, & astringenti, alijsque thoracis vitijs, à crassis, ac pituitosis humoribus ortis auxiliantur. Dosis ad ℥j.

## HYERA PICRA EX MESVE PRO SVIS PILVLIS

℞. Cinnamomi, Mastiches, alari, spicae, carpobalsami, croci, xyloaloes, & casia lignae ana ℥j. aloes optimae ℥v. & ℥j. triturentur S. A. & misceantur omnia.

## V I R E S.

**P**rodest ad agritudines capitis, stomachi, hepatis, & iun. clurorum, renum, & membrorum frigidam, educit humiditates, & putredines in eis generatas. Dosis ad ℥℔.

## ALOE LOTA SVCCO ROSARVM.

℞. Aloes optima mundæ, & electæ ℥iv. succi rosarum rub. ℥viii tere aloem, & per crasius cerniculum

exorte, & Maij mense simul cum succo, solis radijs scutella vitrea, aut vitreata, linteo raro obturata, multoties movendo ad succi consumptionem infolentur, ex qua serò siccata orbiculos finge, & vase vitreo loco frigido, & sicco ad vsum reponet.

## V I R E S

**V**entriculum roborat, lumbricos enecat, & expellit, per tredinem, areet, suaviterque purgat. Dosis à ℥℔ ad ℥℔.

## ALOE LOTA SVCCO VIOLARVM.

Paratur eodem modo sumendo pro succo rosarum, succum violarum.

## PILVLÆ ARABICÆ NICOLAI.

℞. Aloes optima ℥ij. radices Bryoniae, Myrobalanorum, omnium, Mastiches, Diagyrij, alari, & rosarum ana ℥℔. castorij ℥℔. croci ℥℔. succi feniculi quod sufficiat pro massa pilularis formanda.

## V I R E S

**O**mnes humores mirifice purgant, letitiam generant, tristitiamque depellunt, mentis vigorem conservant, visum acutum, auditum amissum reparant, memoriam firmant, vertigini, hemiplegia, ac dolori capitis succurrunt. Dosis ad ℥ij.

## PILVLÆ ARTHRITICÆ EIVSDEM.

℞. Hermodactylorum, turbith, & agarici ana ℥ij. cinj namomi, spicae, xylobalsami, carpobalsami, galanæ, caryophyllor. macis, asa fetida, cingiberis, mastiches, seminis feniculi, anisi, saxifragiae, alparragi, brusci, mullij solis, rosarum, & salis gemmae ana gr. xv. diagyrij ℥℔. aloes optima ad

238 Tyrocinium Pharmaceuticum, Lib. II.  
pondus omnium, id est ℥xiiij ℥ij. & gr. vj. succi sco-  
niculi q. s. fiat massa pilularum S. A.

V I R E S.

**A**D arthriticos dolores, & podagra insultus, nec non  
frigidorum humorum in articulos proclibitus, aut  
ac fluxiones adhibentur. Dosis ad ℥ij.

PILVLÆ ASSAIERET AVICENNÆ.

℞. Specierum hyerę picrę Galeni ℥ss. mastiches, &  
myrobalanorum citrinor. ana ℥ij. Aloes optimę ℥j.  
cum syrupo de stœchade, aut aqua maioranę fiant  
pilulę S. A.

V I R E S.

**B**ilem flaccam, & pituitam leniter purgant, ventriculi  
affectibus, & capitis doloribus auxiliantur. Dosis a  
℥ss. ad ℥ij.

PILVLÆ AVRÆ NICOLAI.

℞. Aloes, & Diagyrdij ana ℥v. rosar. rub. & seminis  
apij ana ℥iiss. seminis anisi, & sceniculi ana ℥iiss. mal-  
liches, croci, & pulpę colocynthidis ana ℥j. mellis  
rosati solut. aut mucilaginis traga canthi q. s. formen-  
tur pilulę S. A.

V I R E S.

**C**apus purgant. sensus omnes, precipue oculorum aciem  
excitant. status ventriculi, & intestinorum dissol-  
vunt, ac citra molestem alvum deiciunt: ad stomachi.  
eos, colicos, nephriticosque, valde prestantur. Dosis  
ad ℥iiss.

PL

PILVLÆ AMMONIACI QVERCETANI.

℞. Aloes cum aqua endivię solutę, & purificatę ℥jv.  
gummi Ammoniaci in aceto scyllitico soluti, & colati,  
myrrha in vino igne B. M. dissolutę, & dum ca-  
let ad huc transcolatę ana ℥ss. Mastiches, & specie-  
rum Diatrium fantalor. ana ℥iiss. croci ℥ij. salis fraxi-  
ni, vel Absynthij ℥jv. cum syrupo de stœchade,  
vel de succo rosarum fiat massa, S. A.

V I R E S.

**P**urgant insigniter tartarum, magnoperę conferunt ad-  
versus omnes defluxiones, ea cœcias, opilationes lienis,  
etiamdemque duritiam, & scirrbum, febres quartanas in-  
veteratas: praestantissima sunt ad homines corpulentos eva-  
cuandos. Dosis a ℥ss. ad ℥ij. & ultra.

PILVLÆ COCHIÆ RHASIS:

℞. Specierum Hyerę picrę Rhasis ℥x. colocynthidis  
℥iij, & ℥j. Diagyrdij ℥iiss. stœchadis, & turbiti ana  
℥v. syrupi de stœchade q. s. fiant pilulę. S. A.

V I R E S.

**C**ephalicę rectę dicuntur, eod quod caput magna effecia  
expurgent, ideoque a nervis, crassos, frigidosque  
humor es evacuent. Dosis a ℥j. ad ℥iiss.

PILVLÆ FOETIDÆ MAIORES MESVES.

℞. Sagapeni, Ammoniaci, opopanacis, bdellij, colocyn-  
thidis, sem. turę hortensis, aloes, & epichymi ana ℥v.  
hermo-lactyllor. & esulę pp. ana ℥ij. scāmōnij ℥iij. cin-  
namomi, spice, croci, & castorij ana ℥j. turbiti ℥ss.  
zingiberis ℥iiss. euphorbij ℥ij. Gummata dissolvantur  
R 2 in

in succo porri depurato calefacto, quibus euphorbium per se tritum vna cum cæteris, addatur, pulveratis, vt lege artis in massam pilularum abeant addendo de succo porri q. s.

## V I R E S.

**P**lurimum crassam, lentam, ac tenacem evacuant: ob id afflictiuis inde natis; arthritidi, podagra, gonagra, spina quoque, et hæmaturarum, nec non ventriculi, & coli doloribus profunt. Elephantiasim, & cutis vitia emendant, mensisque movent, ac impurum uteri mucum emungunt. Dosis ad ℥j.

## PILVLÆ FVMARIÆ AVICENNÆ.

℞. Myrobalanorum, citrinor. chebulor. Indorum, & scammonij ana ℥v. aloes ℥vij. omnia in pulverem redacta, succo fumarie clarificato comprehendito, ficcatique postea finito: deinde rursus trita novæ succo excipito: rursus exciccat, & sic tertio iterum, & postmodum in massam formato.

## V I R E S.

**P**lurimum balsam, veliosos itidem, acres; ac adustus humores, à quibus pruritus, & scabies oriuntur, solvunt, & sanguinem mundificant. Dosis ad ℥ij.

## PILVLÆ HERMODACTYLORVM MESVES.

℞. Hermodactylor. & aloes ana ℥v. Myrobalanor. citrinor. & turbith ana ℥ij. cingiberis ℥ij. formentur pilulæ cum electuario rosato, ex Mesue.

## V I R E S.

Mirabiliter purgant humores crassos, & pituitosos. Dosis ad ℥ij.

PILVLÆ HERMODACTYLORVM MAIORES  
Eiusdem.

℞. Hermodactylor. myrobalanor. citrinor. aloes, turbith, colocynthidis, bdellij, & sagapeni ana ℥vj. castorij, sarcocollæ, euphorbij, opopanax, sem. rutæ, & apij ana ℥ij. croci ℥ij. Gummata in succo brafficæ calefacto dissolvantur, atque ijs per fetæcum traiectis, euphorbium, & castorium simul trita jungantur; eis deinde addantur reliqua pulverata, & cum sufficienti quantitate succi brafficæ depurati formantur pilulæ.

## V I R E S.

**C**rassos, viscidos, & frigidos humores ex remotissimis partibus educunt, quo nomine articularij morbis, et arthritidi conveniunt. Dosis ad ℥ij.

## PILVLÆ ANGELICÆ FRANC-FORT.

℞. Aloes lotæ succo rosarum rub. sibi, cremoris tartari, croci, myrrhæ, mastiches, & scammonij ana ℥ij. salis absynthij ℥ij, santali rubri ℥ij, & ℥ij. formentur Pilulæ cum glutine tragacanthi.

## V I R E S.

**M**irabiliter purgant crassos, & tartareos humores, obstructiones reserant, status inclusos dissipant, stomachum roborant, & corruptioni resistunt. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

## PILVLÆ HYERÆ GALENI.

℞. Specierum Hyeræ pieræ Galeni ℥ij. mellis rosati q. s. fiat massa.

## V I R E S.

**V**entriculi novis ex humoribus biliosis, & pituitosis natis profant. Dosis ad ℥j.

PILVLÆ HYERÆ CVM AGARICO EX Valerio Cordo.

℞. Specierum Hyeræ simplicis Galeni sine Aloe; & Agarici trochiscati ana ℥ss. Aloes optimæ ℥j. cum melle rosato fiat massa pilularis S. A.

## V I R E S.

**A**uxillantur stomachicis, asthmaticis, & alijs stomachi humoribus natis, & thoracis vitij à crasis, & pituitosis. Dosis ad ℥j.

PILVLÆ INDÆ HALY EX MESVE.

℞. Mirobalanor. Indorum, ellebori nigri, & polypodij ana ℥v. epithymi, & stœchadis ana ℥vj. agarici, lapidis lazuli loci, & pp. colocynthidis, & salis Indi, aut gemmæ ana ℥ss. succi eupatorij inspissati, & spicæ ana ℥ij. caryophyllor. ℥j. pulveris Hyeræ picræ ex Mesue ℥ss. formentur pilulæ S. A. cum succo apij.

## V I R E S.

**P**eritiles sunt ad cancerum, elephantiasm, albos nigros curatu difficiles, & alia vitia ab humore melancholico nata; quartanarijs, & ictero nigro sædatis auxilio sunt, henis quoque tumorem, ac dolorem auferunt. Dosis à ℥ss. ad ℥ij.

PILVLÆ LAPIDIS LAZVLI, SEV CYANEI Eiusdem.

℞. Lapidis lazuli loci, & pp. ℥vj. epithymi, polypodij; aga-

agarici ana ℥j. Scammonij, ellebori nigri, & salis gemmæ ana ℥ss. caryophyllor. & alari ana ℥ss. specierum Hyeræ picræ Galeni ℥xv. succi endiviæ q. s. formentur pilulæ S. A.

## V I R E S.

**V**itia ex melancholico, & adusto humore nata, cancerum nimirum, elephantiasm, & quartanam profigant, arquato conferunt, henis obstructiones, infarctus, tumores; que resolvunt. Dosis ad ℥ss. ad ℥j.

PILVLÆ LVGIS MAIORES, SEV OPTICÆ Eiusdem.

℞. Rosarum, violarum, Absynthij, Colocynthidis, turbiti, cubeborum, calami Atomatici, nucis moschatæ, spicæ Indiæ, epithymi, carpobalsami, xylobalsami, feminum, seseleos, rutæ, anisi, feniculi, apij, schœnanthi, maltiches, alari, caryophyllor. cinnamomi, casisæ lignæ, croci, & macis ana ℥j. Rhabarbari, & Myrobalanor. omnium ana ℥ij. Agarici, & fennæ ana ℥ss. Euphragie ℥j. Aloes succotrinæ ad pondus omnium, idest ℥j. & ℥vij. cum succo feniculi formentur massa pilularis S. A.

## V I R E S.

**E**xcrementa pituitosa à cerebro, ac oculis evacuant, visum conservant, & firmant, nervos opticis obstructione ejusdem humoris liberant, ac ob id oculorum aciem intendunt. Dosis ad ℥ij.

PILVLÆ LVGIS MINORES EIVSDEM.

℞. Xylobalsami, & Carpobalsami ana ℥j. chelidonij ℥vj. rosar. violarum, absynthij, & euphragie ana ℥ij. fennæ, epithymi, myrobalanor. omnium, agarici, colocynthidis, schœnanthi lycij, pro co, hie, granorum Rhamni,

Lyclum pro  
eo quid in  
purgantibus  
lapi.  
bus.

lapidis cyanci ana ℥iij. Aloes ad pondus omnium formentur massa pilularis S. A. cum succo feniculi, aut chelidonij.

## V I R E S.

Conveniunt cum superioribus. Dosis ad ℥iij.

## PILVLÆ EX MASTICHE EIVSDEM.

℞. Turbith ℥x. Mastiches ℥ß. Rosarum rubrarum ℥iij. Aloes ad pondus omnium. cum succo absynthij formentur pilulæ S. A.

## V I R E S.

**V**entriculum, & caput expurgant, quovis tempore sumi possunt. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

## PILVLÆ RHABARBARI EIVSDEM.

℞. Rhabarbari ℥iij. succi glycyrrhizæ, absynthij, & mastiches ana ℥j. Myrobalanor. citrinorum, & trochiscorum Diarrhodonis ana ℥iij. seminis apij, & feniculi ana ℥ß. specierum Hyeræ picræ ex Mesue ℥x. fiat massa pilularum S. A. cum succi feniculi, & mellis q. l.

## V I R E S.

**H**umores educunt crassos, lentos, multum putres, & inæde ortas febres diurnas, ac ex alijs humoribus natas tollunt: icteris item dolores, obstruções, durities, ac hydropem incipientem sanant. Dosis ad ℥ij.

## PILVLÆ DE TRIBVS CVM RHABARBARO.

℞. Agarici, Rhabarbari, & Aloes ana ℥j. cum syrupo rosar. formentur pilulæ S. A.

## V I R E S.

**H**umores biliosos, & pituitosos, crassos, & lentos à ventriculo, cavo hepatis, & lienis purgant, stomachum roborant, & appetitum revocant. Dosis ad ℥ß. ad ℥ij.

## PILVLÆ DE TRIBVS GALENI.

℞. Aloes, colocynthidis, & scammonij, ana p. eq. cum melle rosato, aut syrupo de stoechade fiat massa S. A. quæ saltem vnius mensis spatio fermentanda erit.

## V I R E S.

**A**stigmati, cephalæ, catarrhis, aliisque morbis diuturnis, & pertinacibus mirè opitulantur. Luem veneream, si cuilibet dosi mercurij dulcis ℥j. addatur, radicebus expurgant, per aliquos dies continuando. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

## PILVLÆ DE TRIBVS RVPHI.

℞. Aloes ℥ij. croci, & myrrhæ ana ℥j. formentur cum vino albo.

## V I R E S.

**S**olvant materias subtiles cholericas, ac plegmaticas, putridasque contentas in porositatibus stomachi, in mesaricis, & in venis capillaribus hepatis. Dosis ad ℥j.

## PILVLÆ DE TRIBVS FERNELIJ.

℞. Pilularum de Mastiche ex Fernelio absque formatione in massa ℥vjss. Rhabarbari electi ℥j. Cinnamomi ℥ij. cum syrupo de cichorio fiat massa, S. A.



## V I R E S.

**B**ilem crassam; ac pituitam expurgant, ventriculum <sup>vac-</sup>  
euant, ac roborant, coctionem iuvant. Dosis à ʒʒ.  
ad ʒij.

## PILVLÆ MASTICHINÆ EX FERNELIO.

℞. Mastiches ʒij. Aloes ʒiv. agarici trochiscati, & pul-  
veris hyerae simplicis Galeni ana ʒiʒ. cum vino albo  
fiat massa S. A. conveniunt cum prioribus.

## PILVLÆ SINE CVSTODIA, SEV COMMVNES

℞. Aloes, hepaticæ lotæ ʒxij. quinque generum myro-  
balanor, rhabarbari, mastiches, absynthij, rosarum,  
violarum, fenæ, agarici, & culcetræ ana ʒj. scam-  
monij ʒviʒ. succi fœniculi quantum scammonio per  
setaceum colando, & cæteris pulveribus comprehen-  
dendis, ac in massam cogendis satis fit, quæ manibus  
oleo amygdalino recenti iunctis, pro artis præcepto  
fermentur.

## V I R E S.

**E**fficacissima sunt hæc pilula ad purgandos omnes humo-  
res partium superiorum, quo nomine suffusionibus  
oculorum, caliginibus, ac visioni conferant; aurium dolo-  
rem sanant, caputque à pituita, bile flava, & atra mirè  
purgant, iliacos denique iuvant. Dosis ad ʒij.

## PILVLÆ STOMACHICÆ EX MESVE.

℞. Turbich ʒx. Mastiches ʒʒ. rosarum ʒij. Aloes  
ad pondus omnium; cum succo absynthij fermentur  
pilulæ S. A.

## V I R E S.

**A**d coctionem, & retentionem alimentorum aditum  
dam utuntur, nec non ventriculum, & caput expur-  
gant. Dosis ad ʒij.

## PILVLÆ DE SVCCINO CRATONIS.

℞. Succini pp. & Mastiches ana ʒʒ. Aloes ʒx. agarici  
ʒij. Aristolochiæ rotundæ ʒj. cum syrupo de Beto-  
nica formetur massa pilularis S. A.

## V I R E S.

**A**levum leniter solvunt, caput roborant; adeoque à ca-  
tarrhis preservant. Dosis ad ʒj.

PILVLÆ STOMACHICÆ; VULGO ANTE  
cibum Mesues.

℞. Aloes optimæ ʒvi. Mastiches, & rosarum ana ʒij.  
cum syrupo rosarum, vel absynthij fiat massa S. A.

## V I R E S.

**S**i sumantur hora una ante cibum, blandè alvum suban-  
cent, stomachum roborant, & appetitum excitant.  
Dosis ad ʒij.

PILVLÆ DE OCTO REBUS; SEV OCTO-  
meræ Nicolai.

℞. Aloes, & Diagyridij ana ʒij. epithymi, colocynthi-  
dis, agarici, Mastiches, dauci, myrobalanor. chebui  
ler. & absynthij ana ʒj. cum succo solani fiat massa  
S. A.

## V I R E S.

**C**Rassos humores à capite purgant, visum acunt, & sus-  
sufiones oculorum arcent. Dosis ad ℥j.  
Fœlius, & Fuchsius notant aloem in formandis pilulis  
pondus determinatum non tenere, vt neque mel, &  
saccharum in electuarijs; alias hæc pilulæ ex novem  
constarent rebus: at id non semper est verum, cum  
aloe pondus determinatum teneat in pilulis de tri-  
bus.

## PILULÆ DE ALOE MAGISTRALES.

℞. Aloes cum succo rosarum lotæ ℥j. Agarici trochis-  
cati ℥ij. Maltiches ℥ij. specierum Diamoschi dula-  
cis ℥b. cum vino albo electo fiat massa S. A.

## V I R E S.

**V**entriculam roborant, eundemque, & utrum, cere-  
brum, & alia viscera à putridis humoribus expu-  
gant, concoctionem augent, ac pituitam stomacho insarctam  
siccando, tergendoque elidunt. Dosis ad ℥j.

PILULÆ DE NITRO EX ALEXANDRO  
Tralliano; Diacolocynthidos dictæ.

℞. Aloes, colocynthidis, scammonij, ellebori nigri pp̄  
Bellij, & gummi arabici ana ℥ij. euphorbij pp̄. &  
nitri ana ℥j. cum succo brasicæ, & melle rosato so-  
lutivo fiant pilulæ S. A.

## V I R E S.

**C**erebri, & capitis pertinacibus affectibus, articularijs  
morbis, comitiali, resolutioni, ac morbo Gallico con-  
ueniunt. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

℞

## PILULÆ ANTIHYDROPICÆ BONTIJ.

℞. Aloes optimæ ℥iiss. gummi gortæ subtiliter pulve-  
rati, & cum vino optimo dissoluti, & lavigati, & gum-  
mi ammoniaci ana ℥iiss. Diagyrij ℥j. tartari vitrio-  
lari ℥b. cum syrupo rosato solutivo fiat massa S. A.

## V I R E S.

**H**ydropticorum aquas, ac tenue serum evacuant. Dosis  
ad ℥j.

## PILULÆ TARTARÆ EIUDEM.

℞. Aloes succotrinæ electæ ℥iij. gummi ammoniaci  
cum aceto scyllitico depurati ℥iiss. tartari vitriolati  
℥b. fiat massa pilularis S. A.

## V I R E S.

**I**n morbis tartareis, quales sunt affectus hypochondriacos;  
obstructio lienis, mesenterij, &c. mirifice profunt. In-  
cidunt enim tartaream muciliginem, eamque per delectio-  
nem expurgant. Dosis à ℥j. ad ℥j. mane, vel ante cenam  
℞.

## PILULÆ PANCHIMAGOGÆ ZVVELFERI.

℞. Agarici albisissimi, Rhabarbari electi, Mechoacanæ  
albæ, hermodactylorum, & semi. ebuli ana ℥iiss. radi-  
cis ellebori nigri ℥ij. asari, & pulpæ colocynthidis  
ana ℥j. sol. fennæ ℥iij. incisa, & contusa coquantur  
in aqua ad totalem dictarum rerum virtutum extra-  
ctionem; ter, quaterque aquam recentem affunden-  
do; decoctiones colatæ cum albuminibus ovorum  
clarificentur, & ad ℔j. circiter evaporentur, quibus  
adde, & in eis dissolve, aloes hepaticæ ℔j. facta co-  
latura per cribrum setaceum, reducantur leni calore  
cinerum ad extracti spissioris consistentiam, in finem  
S  
super

superaddendo resinæ jalappæ, & scammonij ana ℥b.  
amygdalis dulcibus probè subactorum, pulveris masti-  
ches electæ ℥vj. olei nucis moschatae expressi ℥ib.  
fiat massa S. A.

## VIRE S.

Ⓢ Mnes humores purgant, vertigini, hemiparalia, ac capi-  
tis dolori succurrunt; pro universali igitur catbars-  
tico merito habenda. Dosis à ℥b. ad ℥b.

## PILVLÆ MERCVRIALES CHARAS.

℞. Rhabarbari electi, trochiscorum Alhandal, diagry-  
dij, & Mercurij dulcis ana p. eq. cum terebinthina  
veneti oleo proprio stillatitio diluta fiat massa S. A.

## VIRE S.

In luc venerea mirisicæ profunt. Dosis ad ℥i.

## PILVLÆ MERCVRIALES.

℞. Mercurij dulcis ℥iij. Trochiscorum Alhandal ℥ib.  
scammonij ℥i. tartari viriolati ℥b. formentur pilulæ  
pro novem dierum spatio sumendo eas sub mane in  
luc venerea.

## PILVLÆ CRETÆ PALMARIJ EX BATEANA.

℞. Aloes optime ℥i. cretæ albilissime, succini albi pp-  
gentiane, myrrhæ, & radicis iraxinellæ ana ℥i. My-  
rrhidatij ℥ij. terebinthinae lotæ ℥ij. syrupi Altheæ  
q. s. fiat massa.

Sunt qui addunt Callomellanor ℥b. Cum calomellanis  
dantur ℥ij. vel ℥i hora sereni omni nocte per 15. dies  
ad gonorrhœam virulentam, & profluvium album.

## PILVLÆ ÆTHIOPICÆ EIVSDEM.

℞. Æthiopsis mineralis ℥i. cerussæ stibij ℥b. gummi  
nativi guaiaci ℥ij. extracti smilacis asperæ q. s. ut fiat  
massa pilularum, pro luc venerea. Dosis à ℥ij. ad  
℥j.

PILVLÆ DE SMILACE ASPERA EX  
Iosepho Galeano.

℞. Smilacis asperæ ℥iij. lavetur bis cum aqua, & ab-  
stergatur: deinde minutim incidatur. & per tres dies  
maceretur in ℔ij. aq. betonicae, postea lento igne  
bulliat in vase fictili, donec remaneat ℔j. exprima-  
tur fortiter, & coletur donec extrahatur totus succus,  
qui postea ad lentum ignem coquatur cum infra-  
scriptis.

℞. Aloes pulveratæ ℥i. fol. fennæ ℥b. polypodij quera-  
cini ℥ij. Jalappæ, Mechoacanna, & turbit ana ℥iij.  
trochiscorum de colocynthide ℥j. Pulveris syrjij,  
idest resinæ scammonij ℥b. Cinnamomi ℥i. croci ℥b.  
Cremoris tartari ℥b. Pulverisatis omnibus coquantur  
donec liquor inspissetur ad consistentiam mellis, &  
fiat pasta.

## VIRE S.

Mirabiliter lucm veneream, dolores articulares, & flu-  
viones capitis sanant. Dosis ℥j.

PILVLÆ DE TEREBINTHINA AD  
Gonorrhœam virulentam Zuvelieri.

℞. Antimonij Diaphoretici, & oculorum canceror. pp-  
ana ℥b. Cinnabaris nativi rubicundissimi, terræ li-  
gillatæ, radicis liquoritiæ, rad. iridis, & succini albi  
pp. ana ℥ij. Mastiches, olibani, myrrhæ rubræ, &  
cro.

croci ana ℥ij. omnia pulverata, & molla incoportentur cum terebinthina clara, vt fiat massa pilularis, ex qua pilulæ mediocres, efformandæ, quarum quatuor, quinque, vel plures pro vna dosi exhibeantur.

**PILVLÆ DE TEREBINTHINA AD**  
Gonorrhæam ex Donzello.

℞. Terebinthina Cypre ℥j. Camphoræ ℥j. salis chalybis ℥ss. pulv. liquoricæ q. l. fiant pilulæ, & dividantur in quatuor doses.

**PILVLÆ AD GONORRHÆAM MVSITANI.**

℞. Colophonæ ℥j. Mercurij dulcis, & gummi Guaiaci ana ℥ss. balsami Peruviani ℥ij. cum syrupo de Althæa, vel Nymphaea formentur pilulæ triginta, & deurentur.

**V I R E S.**

**I**n decem dies curant quamlibet gonorrhæam quantum vis virulentam. Dosis pilula 2. vel 3. in aurora.

**PILVLÆ MARTIALES CONTRA**  
occlusiones.

℞. Croci maris aperitivi ℥ss. Aloe succotrina ℥ij. succi agrimonie, gummi ammoniaci, & myrrhæ ana ℥j. Frochicor. Athandal. Diagydiij, & tartari martialis solubilis ana ℥ss. Aquilæ albæ, & tartari vitriolati ana ℥ij. Croci ℥ij. cum Oxymellite scyllitico formetur massa S. A. Dosis à ℥j. ad ℥ij.

**PILVLÆ BALSAMICÆ RICHARDI**  
Mortonii.

℞. Pulveris mille pedum sp. ℥ij. gummi aramoniaci optimæ depurati ℥ss. flor. Benzoini ℥ij. vel ℥j.

extracti croci, & balsami peruviani ana ℥ss. balsami sulphuris cerebinthinaci, vel anisati q. s. fiant pilulæ mediocres deaurandæ, vel pulvere glycyrrhizæ inuolvendæ.

**V I R E S.**

**I**sta pilula in scorbuticorum, & serophulorum lenta, & frequentissima phtisi, ubi febris est admodum mitis, & spuunt phlegma quadantenus glutinosam, curationem non tantum in principio morbi, verum etiam in eius progressu insigniter promouent; earumque felicem successum in tussibus phtisicis per multos annos expertus est auctor. Dosis ad ℥ij.

**PILVLÆ DE STYRACE, SEV LAVDANVM**  
Pectorale ex Schrodero.

℞. Syracis calamitæ ℥ij. Laudani, olisani, & myrrhæ ana ℥j. succi liquoricæ ℥ss. ambre griseæ ℥j. extracti opij per acetum distillatum parati ℥j. extracti croci cum spiritu vini facti ℥jv. cum syrupo de corticibus citri ℥ij. fiat massa.

**V I R E S.**

**S**istant pertinacissimam tussim, & catarrhum ferinum; Pregnantibus non sine abortus discrimine tussitentibus, cum successu exhibentur. Dosis gr. x.

**PILVLÆ AD TVSSIM EIVSDEM.**

℞. Succu glycyrrhizæ, & thuris ana ℥j. myrrhæ, croci, & opij ana ℥j. cum syrupo papaveris erratici fiat massa S. A.

**V I R E S.**

**C**atarrhos tenues, & falsos à capite ad pectus incrassans ebullitiones humorum sistunt, tussimque sedant. Dosis à gr. vij. ad ℥ss.

## PILVLÆ BECHICÆ RHASIS:

- ℞. Amyli, tragacanthi: amygdalar. mundatar. fabarum decort. feminis papaveris, capitum papaveris, gummi arabici, & boli armenicæ ana ℥ij. mucilaginis sem. psyllij q. s. fiant pilulæ S. A.

## V I R E S.

**E**mendant, & corrigunt scitatem tussis sicca, & asperitatem gutturis, illas partes leniendo. Tenentur in bove, et humiditas paulatim liquecens illas partes leniat.

## PILVLÆ BECHICÆ MESVES.

- ℞. Succu liquiritiæ, & sacchari electi ana ℥x. amyli, tragacanthi, & amygdalarum dulcium mundatar. ana ℥vj. cum mucilage feminis cydoniorum fiant pilulæ, conveniunt cum superioribus.

## PILVLÆ BDELLIJ MAIORES EIVSDEM.

- ℞. Bdellij ℥ss. Myrobal. chebulor. Indor. Bellericor. & emblicor. avellanar. adular. & succini ana ℥ss. ambeos parum telli ℥ij. Maceretur Bdellium in succo foliorum porti, & formetur massa pilularis S. A.

## V I R E S.

**A**d fluxum hamorrhoidum, & ulcera ex eis provenientia, nec non menses immodicos utiliter exhibentur. Dosis ad ℥ij.

## PILVLÆ DE CYNOGLOSSO NICOLAI,

- ℞. Radicis cynoglossi, seminis hyoscyami albi, & opij ana ℥ss. myrræ ℥vj. thuris ℥v. caryoph. flor. cinnam. PRO.

moni, & styracis calamitæ ℥ij. cum syrupo ex succo violarum, aut succo cynoglossi, vel aqua rosarum formetur massa.

Has pilulas Nicolaus à mesue mutuatus est, qui eas sub titulo pilularum ad omnes morbos catarrhoſq; hoc modo descripsit.

- ℞. Opij, cynoglossi, & hyoscyami ana ℥ss. myrrhæ puræ ℥vj. Olivani ℥v. croci ℥ss. fiat massa cum succo cynoglossi, aut aqua rosarum.

## V I R E S.

**C**atarrhos tenues sistant, ac tussim inde natam sedant, omnibus quoque assillationum morbis, sed in thoracem fluxio feratur. sed in pulmones, dentes, aut aliò procumbat, conferunt. somnum conciliant, ac omnis generis dolores placant. Dosis a gr. viij. ad gr. xv.

PILVLÆ CONTRA FLVXVM VENTRIS  
Nicolai.

- ℞. Myrthillorum, Balaustriarum, corticum granator. radicis syn pliti, sag gumis Draconis, boli Armeræ, Acatia, Hypocistidis, rosarum, tartari, sem. fumach. croci, Gallæ, cinnamomi. spodij, Mastiches, gummi arabici, & Gallia Moschata ex Nicolao ana ℥j. opij ℥ss. succi cymarum lentisci, seu cymarum myrthi q. s. ad formandas pilulas S. A.

## V I R E S.

**V**entur Medici hęc pilulas ad prohibendam fluxionem in diarrheis, & disenterijs, & ad somnum conciliandum, Dosis ad ℥j.

PILVLÆ DE ORIGANO CRETICO  
Mynsicht.

- ℞. Origani cretici ℥j. Gallia Moschata veræ, & cassie lig.

lineæ, ligni aloes, fantali citrini, & ircos florentiæ ana ʒb. styracis calamitæ, assæ dulcis, caryophyllor. galangæ, nucis moschatæ, cubebæ. & macis ana ʒj. Pulverentur, & cum confectione Alchermes in aqua maioranæ dissoluta fiat massa pilularis, ex qua cum oleo rosarum distillato, aut cinnamomi formentur pilulæ ad figuram, & magnitudinem cicurum.

## V I R E S.

**F**Acta purgatione, & præmissis universalibus, de his pilulis, 2. vel 3. assumptæ mirabiliter fatorem oris, & nasi, sive per consensum à cerebro, sive à stomacho ortum, emendant, corrigunt, & anhelitum gratiorem, & incundiorrem reddunt. Insuper ventriculum confortant, & concoctionem iuvant.

PILVLÆ SECRETÆ AD MEMORIAM  
Danielis Hortij.

ʒ. Cubebærum, calamitæ, & nucistæ ana ʒj. Ambriæ ʒb. Moschi gr. jv. cum succo maioranæ formetur massa. Dosis ʒj.

CAPVT VI.  
De Trochiscis, & scf.

## TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ MESVES.

ʒ. Xylo aloes crudi, & electi ʒv. Ambriæ griseæ ʒij. Moschi boni ʒj. glutinis tragacanthi cum aqua rosar. parati q. s. ad ea comprehendenda, fiant trochisci figura solij myrthi, sigillentur, & in vase vitreo seruentur.

## V I R E S.

**C**erebrum, & cor roborant, oris atque aded corporis tantius odorem comandant; Compositionibus alijs miscetur. Dosis ad ʒj.

## TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ NICOLAI.

ʒ. Mastiches ʒij. gummi arabici ʒj. camphoræ ʒj. terantur omnia subtilissime, & cum aqua rosarum fiant trochisci, & siccantur in loco umbrato; dein pistentur subtilissime, & misceantur cum ʒij. olei de iasmino: dein misce pulv. cinnamomi, caryophyllor. & nucis moschatæ ana ʒb. fiant trochisci in medio concavi ponderis ʒib. qui vngantur cum aqua rosarum, in qua Moschi ʒb. dissolutus sit. Ingrediuntur in præciosissimis medicinis, ac electuarijs.

TROCHISCI GALLIÆ ALEPHANGINÆ  
ex Mesue.

ʒ. Myrobalanorum emblicor. abiectis osibus ʒiv. conterantur contritione grossa, & ponantur in vase vitreo; & fundatur supra eos aquæ rosatæ (in qua infusæ fuerint rosarum siccatum ʒij. corticum citri siccat. ʒij.) lb. & obturetur os vasis, & dimittatur per dies tres, mox coletur: hinc accipe ligni aloes ʒj. Ramich ʒib. rosarum, caryophyllor. ana ʒx. spicæ ʒij. fantali citrini ʒb. gummi arabici ʒvj. tere minutissime, & cum prædicta infusione emblicorum paulatim adiecta misce; & para trochiscos, sigilla, & aromatiza cum camphoræ, & moschi ana ʒj. Ambriæ ʒij. fiant S. A.

## V I R E S.

**C**erebrum, cor, hepar, omnia que membra nutritionis confortant. Dosis ad ʒj.

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ  
ex Nicolao.

ʒ. Ladani purissimi ʒij. styracis calamitæ ʒib. styracis rubræ ʒj. ligni aloes ʒij. Ambriæ ʒj. camphoræ ʒb. mof